

Cambridge University Press

978-1-108-01098-6 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 2

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

M. TULLII CICERONIS  
DE NATURA DEORUM.

---

LIBER SECUNDUS.

I. QUAE cum Cotta dixisset, tum Velleius, Ne ego, inquit,<sup>1</sup> incautus, qui cum Academico et eodem rhetore congregedi conatus sim! Nam neque indisertum Academicum pertimussem nec sine ista philosophia rhetorem quamvis eloquentem; neque enim flumine conturbor inanum verborum nec subtilitate sententiarum, si orationis est siccitas. Tu autem, Cotta, utraque re valuisti; corona tibi et judices defuerunt. Sed ad ista alias; nunc Lucilium, si ipsi commodum est, audiamus. Tum Balbus:<sup>2</sup> Eundem equidem mallem audire Cottam, dum, qua eloquentia falsos deos sustulit, eadem veros inducat. Est enim et philosophi et pontificis et Cottae de dis immortalibus habere non errantem et vagam, ut Academici, sed, ut nostri, stabilem certamque sententiam. Nam contra Epicurum satis superque dictum est; sed aveo audire, tu ipse, Cotta, quid sentias. An,<sup>10</sup> inquit, oblitus es, quid initio dixerim, facilius me, talibus praesertim de rebus, quid non sentirem, quam quid sentirem, posse dicere? Quodsi haberem aliiquid, quod liqueret, tamen te vi-<sup>3</sup> ciessim audire vellem, cum ipse tam multa dixisset.

<sup>3</sup> sim [X] BH Oxf. GU, sum Asc. LMN+.      <sup>9</sup> mallem MSS generally, malem A Red. UO, malim Heind. Forch. Mu. cf. Sch. Opusc. iii p. 324.      <sup>14</sup> aveo edd., abeo AB<sup>1</sup>, ab eo O, habeo B<sup>2</sup>CE Mus. Oxf. Asb.+.      <sup>15</sup> quid initio dixerim [ABE] G Red. BO, quod in initio dixerim C, quod initio dixerim CM Asc.+ , quod initio dixeram Gesner.

Cambridge University Press

978-1-108-01098-6 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 2

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

2.

## DE NATURA DEORUM.

Tum Balbus: Geram tibi morem et agam quam brevis-  
sime potero; etenim convictis Epicuri erroribus longa de mea  
disputatione detracta oratio est. Omnino dividunt nostri totam  
istam de dis immortalibus quaestionem in partes quattuor.  
Primum docent esse deos, deinde quales sint, tum mundum ab 5  
iis administrari, postremo consulere eos rebus humanis. Nos  
autem hoc sermone, quae priora duo sunt, sumamus; tertium  
et quartum, quia majora sunt, puto esse in aliud tempus  
differenda. Minime vero, inquit Cotta; nam et otiosi sumus et  
iis de rebus agimus, quae sunt etiam negotiis anteponendae. 10

4 II. Tum Lucilius, Ne egere quidem videtur, inquit, oratione  
prima pars. Quid enim potest esse tam apertum tamque per-  
spicuum, cum caelum suspeximus caelestiaque contemplati-  
sumus, quam esse aliquod numen praestantissimae mentis, quo  
haec regantur? Quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium 15  
dicere Ennius:

Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Jovem,  
illum vero et Jovem et dominatorem rerum et omnia nutu re-  
gentem et, ut idem Ennius,

patrem divumque hominumque

20

et praesentem ac praepotentem deum? Quod qui dubitet, haud  
sane intellego, cur non idem, sol sit an nullus sit, dubitare  
5 possit. Qui enim est hoc illo evidentius? Quod nisi cognitum  
comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio  
permaneret nec confirmaretur diuturnitate temporis nec una 25  
cum saeclis aetatibusque hominum inveterascere potuisset.  
Etenim videmus ceteras opiniones fictas atque vanas diuturni-  
tate extabuisse. Quis enim Hippocentaurum fuisse aut Chi-  
maeram putat? quaeve anus tam excors inveniri potest, quae illa,  
quae quondam credebantur apud inferos portenta, extimescat? 30

5 ab iis L, ab his mss generally. 9 et iis HL Asc., et his mss generally.  
10 sunt, 'malim sint' Mu. cf. 1 48. 14 quo, 'malim a quo' Mu. but cf. Comm. and iii 10 where the  
words are repeated. 17 sublime mss, sublimen Or. Ba. Sch. see Comm.  
invocant, vocant ap. Fest. et Prob. 18 nutu GV Asc., motu mss generally.

23 qui edd. after Lamb and Dav., quid mss, cf. Madv. Opusc. Ac. ii p. 265 n.,  
Sch. Op. iii 325. 26 inveterascere Forchhammer, inveterare mss generally

Allen Klotz, inveterari G Moser's La. Heind. Or. Ba. Sch. Mu. see Comm.

Cambridge University Press

978-1-108-01098-6 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 2

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

## LIB. II CAP. I—III §§ 3—7

3

Opinionis enim commenta delet dies, naturae judicia confirmat.  
 Itaque et in nostro populo et in ceteris deorum cultus religionumque sanctitatis exsistunt in dies majores atque meliores.  
 Idque evenit non temere nec casu, sed quod et præsentes saepe 6  
 5 di vim suam declarant, ut et apud Regillum bello Latinorum,  
 cum A. Postumius dictator cum Octavio Mamilio Tusculano  
 proelio dimicaret, in nostra acie Castor et Pollux ex equis pugnare visi sunt, et recentiore memoria idem Tyndaridae Persem  
 victum nuntiaverunt. P. enim Vatinius, avus hujus adulescen-  
 10 tis, cum e praefectura Reatina Romam venienti noctu duo juve-  
 nues cum equis albis dixissent regem Persem illo die captum, *cum*  
 senatui nuntiavisset, primo, quasi temere de re publica locutus,  
 in carcerem conjectus est, post a Paulo litteris allatis cum idem  
 dies constitisset, et agro a senatu et vacatione donatus est.  
 15 Atque etiam cum ad flumen Sagram Crotoniatas Locri maximo  
 proelio devicissent, eo ipso die auditam esse eam pugnam ludis  
 Olympiae memoriae proditum est. Saepe Faunorum voces ex-  
 auditae, saepe visae formae deorum quemvis *non aut* hebetem  
 aut impium deos præsentes esse confiteri coegerunt. III. Prae- 7  
 20 dictiones vero et præsensiones rerum futurarum quid aliud  
 declarant nisi hominibus ea ostendi, monstrari, portendi, præ-  
 dici? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia  
 dicuntur. Quodsi ea facta credimus licentia fabularum, Mopsum,  
 Tiresiam, Amphiaraum, Calchancem, Helenum,—quos tamen  
 25 augures ne ipsae quidem fabulae ascivissent, si res omnino repudiarent,—ne domesticis quidem exemplis docti numen deorum

1 *opinionis* CE, *opiniones* B, *opinione* A (doubtful) B<sup>1</sup>H, *opinionum* B<sup>2</sup>Oxf. T  
 Asc. + Sch.      4 et X+, etiam U+, om. Oxf. MNCR Asc. Allen.      *præ-*  
*sentes* AGH, *præsentiam* B (in ras.) CE Oxf. Mus. generally Allen.      5 *di vim*  
*suam* A (in ras.) four of Moser, *divi vim suam* G, *divi vim* H, *divi suam* BCEB  
 Oxf., *divi sui* MRV Asc.      9 *Vatinius* edd., *vatinius* mss generally, but in nr 13  
*vatinio*.      11 *cum senatui nuntiavisset* Vahlen (see Comm.), *senatui nuntiavi-*  
*set* A, *sen.* *nunciarivisset* (by corr. -visset) B, *sen. nuntiasset* CBLO, *sen. nuncia-*  
*visset* EH, *senatuique nuntiavisset* G Heind. Ba., *senatui nuntiavit* et Oxf. TM  
 Asc. Or. Sch. Mu.      18 *non aut* edd. after Dav., *aut non* X Oxf. +, *non* GHLN.  
 19 *coegerunt*, *coegerint* Allen.      21 *hominibus*, *divinitus* conj. Sch., *divinitus*  
*hominibus* Brieger.      ea M of Moser edd. after Sch., ea quae sint XBMO  
 Oxf., ea quae sunt GHN, ea quae sunt futura C Reg. of Dav. Heind.      *praedici*,  
*prodici* conj. Swainson.      25 *repudiarent* ABEBHMO Oxf. Allen, *repudiaret*  
 [C] N Red. edd., *repudiaretur* GU.

1—2

Cambridge University Press

978-1-108-01098-6 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 2

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

4

## DE NATURA DEORUM.

comprobabimus? Nihil nos P. Claudii bello Punico primo temeritas movebit? qui etiam per jocum deos irridens, cum cavea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam jussit, ut biberent, quoniam esse nollent. Qui risus classe devicta multas ipsi lacrimas, magnam populo Romano cladem attulit. 5 Quid? collega ejus Junius eodem bello nonne tempestate classem amisit, cum auspiciis non paruissest? Itaque Claudius a populo 8 condemnatus est, Junius necem sibi ipse concivit. C. Flaminius Caelius religione neglecta cecidisse apud Trasimenum scribit cum magno rei publicae vulnere. Quorum exitio intellegi 10 potest eorum imperiis rem publicam amplificatam, qui religionibus paruissest. Et si conferre volumus nostra cum externis, ceteris rebus aut pares aut etiam inferiores reperiemur, religione, 9 id est cultu deorum, multo superiores. An Atti Navii lituus ille, quo ad investigandum suem regiones vineae terminavit, 15 contemnendus est? Crederem, nisi ejus augurio rex Hostilius maxima bella gessisset. Sed, neglegentia nobilitatis augurii disciplina omissa, veritas auspiciorum spreta est, species tantum retenta. Itaque maximae rei publicae partes, in his bella, quibus rei publicae salus continetur, nullis auspiciis administrantur: 20 nulla perennia servantur, nulla ex acuminibus, nulla, cum viri vocantur, ex quo in procinctu testamenta perierunt. Tum enim 10 bella gerere nostri duces incipiunt, cum auspicia posuerunt. At vero apud majores tanta religionis vis fuit, ut quidam imperatores etiam se ipsos dis immortalibus capite velato verbis certis 25 pro re publica devoverent. Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex haruspicum responsis commemorare possum, quibus ea confirmantur, quae dubia nemini debent esse. IV. Atqui et

<sup>1</sup> *comprobabimus* B<sup>1</sup>CB, *comprobavimus* AB<sup>2</sup>EU Oxf. Mus. *Claudii* B<sup>2</sup>O,  
*Claudi* B<sup>1</sup>, *Clodi* AEB Oxf., *Dodi* C. <sup>4</sup> *nollent, nolent* A (cf. malem § 1).  
*5 populo Romano* edd., p. r. ABCBHO Oxf., *rei publicae* E El. N, r. p. V Asc.  
*9 Caelius* [E], *coelius* ABC Mu. *Trasimenum* V Asc., *transumen* ABCB,  
*Trasumenum* Or. Ba. Sch. Mu. <sup>15</sup> *investigandum* mss generally, *investigan-*  
*dam* Red. C Heind. Swainson. *regiones vineae* U Asc., *reliones vin.* A<sup>1</sup>,  
*religiones vin.* A<sup>2</sup> BC Oxf. BC, *religionis vin.* E, *in regiones vineam* LNOT Red.  
*19 maximae* [E], *maxime* ABC. <sup>21</sup> *perennia* [B], *perennia* ACE. *nulla*  
*cum* edd. after Sch., *nulla* V, *nulli* mss generally. <sup>25</sup> *immortalibus* mss  
*generally, mortalibus* A. <sup>26</sup> *devoverent* mss generally, *devoverint* U, *deno-*  
*verint* I of Moser.

Cambridge University Press

978-1-108-01098-6 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 2

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

## LIB. II CAP. III, IV §§ 7—12.

5

nostrorum augurum et Etruscorum haruspicum disciplinam *in*  
*P. Scipione C. Figulo consulibus res ipsa probavit; quos cum*  
*Ti. Gracchus consul iterum crearet, primus rogator, ut eos rettulit,* ibidem est repente mortuus. Gracchus cum comitia nihilominus peregisset remque illam in religionem populo venisse sentiret, ad senatum rettulit. Senatus, quos ad soleret, referendum censuit. Haruspices introducti responderunt non fuisse justum comitiorum rogatorem. Tum Gracchus, ut e patre audebam, incensus ira: ‘Itane vero? ego non justus, qui et consul rogavi et augur et auspicato? an vos Tusci ac barbari auspiciorum populi Romani jus tenetis et interpretes esse comitiorum potestis?’ Itaque tum illos exire jussit. Post autem e provincia litteras ad collegium misit se, cum legeret libros, recordatum esse vitio sibi tabernaculum captum fuisse hortos Scipionis, quod, cum pomerium postea intrasset habendi senatus causa, in redeundo, cum idem pomerium transiret, auspicari esset oblitus; itaque vitio creatos consules esse. Augures rem ad senatum; senatus, ut abdicarent consules; abdicaverunt. Quae quaerimus exempla majora? Vir sapientissimus atque haud sciā an omnium praestantissimus peccatum suum, quod celari posset, confiteri maluit quam haerere in re publica religionem; consules summum imperium statim deponere quam id tenere punctum temporis contra religionem. [Magna augurum auctoritas; quid? haruspicum ars nonne divina?] Haec et innumerabilia ex eodem genere qui videat, nonne cogatur confiteri deos esse? Quorum enim interpretes sunt, eos ipsos esse certe necesse est; deorum autem interpretes sunt; deos igitur esse fateamur. At fortasse non omnia eveniunt, quae praedicta sunt. Ne aegri quidem quia non omnes convalescent,

1 *Etruscorum A<sup>1</sup>B<sup>1</sup>, etruscorum et A<sup>2</sup>B<sup>2</sup>CEB+*.      *in Ed. after Bouh. see Comm.*      3 *consul* edd. after Manut., *cos MB<sup>2</sup>, quos AB<sup>1</sup>CBH, eos Oxf. V Asc., om. ELNCO.*      *crearet* B<sup>1</sup> M of Moser, *recrearet* AB<sup>2</sup>CE Mus. Oxf.      6 *quos ad soleret* mss generally, *quos ad soleret* Oxf. V, *ad quos soleret* C Asc.      15 *hortos Scipionis X+*, *in hortos Scip. Asc. V, in horto Scip. C, aruspceptionis* G Manut. Allen, *in hortis Scip. Lamb.*, *ad hortos Scip. Sch.*, in brackets Or. Ba. 17 *transiret* mss generally, *transisset* CB.      *consules* [B] Asc., *quos ACBH, om. EC.*      19 *abdicaverunt* Quae [X]; *abdicaveruntque* Oxf. B+.      20 *sciām* X, *scio* M Asc.      24 *magna—divina* see Comm.      25 *et* G edd. after Heind., om. X Mus.      29 *quia non*, om. Bake inserting *num* before *idcirco*.

Cambridge University Press

978-1-108-01098-6 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 2

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

6

## DE NATURA DEORUM.

idecirco ars nulla medicinae est. Signa ostenduntur a dis rerum futurarum. In his si qui erraverunt, non deorum natura, sed hominum conjectura peccavit. Itaque inter omnes omnium gentium summa constat; omnibus enim innatum est et in animo 13 quasi insculptum esse deos. V. Quales sint, varium est; esse 5 nemo negat.

Cleanthes quidem noster quattuor de causis dixit in animis hominum informatas deorum esse notiones. Primam posuit eam, de qua modo dixi, quae orta esset ex praesensione rerum futurarum; alteram, quam ceperimus ex magnitudine commodorum, quae percipiuntur caeli temperatione, fecunditate ter- 14 rarum aliarumque commoditatum complurium copia; tertiam, quae terneret animos fulminibus, tempestatibus, nimbis, nivibus, grandinibus, vastitate, pestilentia, terrae motibus et saepe fremitibus lapideisque imbris et guttis imbrium quasi cruentis, tum 15 labibus aut repentinis terrarum hiatibus, tum praeter naturam hominum pecudumque portentis, tum facibus visis caelestibus, tum stellis iis, quas Graeci cometas, nostri cincinnatas vocant, quae nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum praenuntiae, tum sole geminato, quod, ut e patre audivi, Tuditano et Aquilio consulibus evenerat, quo quidem anno P. Africanius sol alter extinctus est, quibus exterriti homines vim 16 quandam esse caelestem et divinam suspiciati sunt; quartam causam esse, eamque vel maximam, aequabilitatem motus, conversionem caeli, solis, lunae siderumque omnium distinctionem, utilitatem, pulchritudinem, ordinem, quarum rerum aspectus ipse satis indicaret non esse ea fortuita. Ut, si quis in domum aliquam aut in gymnasium aut in forum venerit, cum videat omnium rerum rationem, modum, disciplinam, non possit ea sine causa fieri judicare, sed esse aliquem intellegat, qui 20

1 medicinae GH Madv., *medicina* MSS Mu. 2 *natura* MSS, *numen* conj.

Sch. Op. III 27. 4 *summa* MSS, *sententia* Manut., *scientia* Pal. 3 ap. Grut.

10 *ceperimus* MSS, *caperemus* Bake and Forchhammer. 16 *labibus* edd. after

Gulielmi, *lapidibus* MSS (from preceding *lapideis*, cf. *venenatis* § 126). 18 *iis*

edd., *his* ACE, *is* B. 20 *cometas*, κομήτας Swainson after Clavel. 21 *cincinnatas*

A<sup>2</sup>BCE Oxf.+ *cincinnatas* A<sup>1</sup>, *cui* *crinitas* H, *crinitas* MRV Asc. 21 *con-*

*sulibus*, *cos* AC. 24 *motus conversionem* MSS Allen, obel. Or., *motus con-*

*versionumque* Sch. Mu. after Ernesti, *motus in conversione* Ba. after Dav.

26 *utilitatem* MSS, *varietatem* El, M and N of Moser edd. after Manut.

Cambridge University Press

978-1-108-01098-6 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 2

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

## LIB. II CAP. IV—VI §§ 12—17.

7

praesit et cui pareatur; multo magis in tantis motionibus tantisque vicissitudinibus, tam multarum rerum atque tantarum ordinibus, in quibus nihil umquam immensa et infinita vetustas mentita sit, statuat necesse est ab aliqua mente tantos naturae 5 motus gubernari. VI. Chrysippus quidem, quamquam est acer- 16 rimo ingenio, tamen ea dicit, ut ab ipsa natura didicisse, non ut ipse repperisse videatur. ‘Si enim,’ inquit, ‘est aliquid in rerum natura, quod hominis mens, quod ratio, quod vis, quod potestas humana efficere non possit, est certe 10 id, quod illud efficit, homine melius; atqui res caelestes omnesque eae, quarum est ordo sempiternus, ab homine confici non possunt; est igitur id, quo illa conficiuntur, homine melius. Id autem quid potius dixeris quam deum? Etenim si di non sunt, quid esse 15 potest in rerum natura homine melius? in eo enim solo est ratio, qua nihil potest esse praestantius. Esse autem hominem, qui nihil in omni mundo melius esse quam se putet, desipientis arrogantiae est; ergo est aliquid melius; est igitur profecto deus.’ An vero, si 17 20 domum magnam pulchramque videris, non possis adduci, ut, etiamsi dominum non videoas, muribus illam et mustelis aedificatam putas; tantum [ergo] ornatum mundi, tantam varietatem pulchritudinemque rerum caelestium, tantam vim et magnitudinem maris atque terrarum si tuum ac non deorum immortalium 25 domicilium putas, nonne plane despere videare? An ne hoc quidem intellegimus, omnia supera esse meliora, terram autem esse infimam, quam crassissimus circumfundat aér; ut ob eam

2 tam multarum—gubernari erased here in B, then follow § 86 *ex sese*—§ 156 quae cum maxima; then § 15—§ 86 tam multarum—ferant aliquid. 12 quo mss, a quo G edd. after Lamb and Heind. see Comm. 14 after deum there is a disarrangement in mss. ACEU Mus. Oxf. give first a few words from § 156 (*largitate—videtur*), then go on (as B) with § 86—§ 156 *ex sese*—quae cum maxima, then go back to § 16—§ 86 etenim si di—efferant aliquid, closing with § 156 to end, *largitate fundi—simulate*. E in going back to § 16 repeats from tam multarum—deum like B. The disarrangement, which is still found in the Ascensionist ed. of A.D. 1511, is corrected in the Hervagian of 1534 and in all subsequent edd. From this point we have the readings of P (following § 111 *obscura specie*—§ 156 quae cum maxima) and V (following § 92 *terris rebusque*—§ 156 quae cum maxima). 22 ergo XBN Oxf. edd., om. MRV Asc. Heind. Madv. Forch., vero G HLOUT, see Comm.

Cambridge University Press

978-1-108-01098-6 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 2

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

8

## DE NATURA DEORUM.

ipsam causam, quod etiam quibusdam regionibus atque urbibus contingere videmus, hebetiora ut sint hominum ingenia propter caeli pleniorum naturam, hoc idem generi humano evenerit, quod 18 in terra, hoc est in crassissima regione mundi, collocati sint? Et tamen ex ipsa hominum sollertia esse aliquam *mundi* mentem, 5 et eam quidem acriorem et divinam, existimare debemus. ‘Unde enim homo arripuit?’ ut ait apud Xeno- phontem Socrates. Quin et umorem et calorem, qui est fusus in corpore, et terrenam ipsam viscerum soliditatem, animam denique illam spirabilem, si quis quaerat, unde habeamus, 10 appetet, quod aliud a terra sumpsimus, aliud ab umore, aliud ab igni, aliud ab aëre eo, quem *spiritu ducimus*. VII. Illud autem, quod vincit haec omnia, rationem dico et, si placet pluribus verbis, mentem, consilium, cogitationem, prudentiam, ubi invenimus? unde sustulimus? An cetera mundus habebit 15 omnia, hoc unum, quod plurimi est, non habebit? Atqui certe nihil omnium rerum melius est mundo, nihil praestabilius, nihil pulchrius, nec solum nihil est, sed ne cogitari quidem quicquam melius potest. Et si ratione et sapientia nihil est melius, necesse est haec inesse in eo, quod optimum esse con- 20

19 cedimus. Quid vero? tanta rerum consentiens, conspirans, continua cognatio quem non coget ea, quae dicuntur a me, comprobare? Possetne uno tempore florere, dein vicissim horrere terra? aut tot rebus ipsis se immutantibus solis accessus discessusque solsticiis brumisque cognosci? aut aestus mari- 25 timi fretorumque angustiae ortu aut obitu lunae commoveri? aut una totius caeli conversione cursus astrorum dispares conservari? Haec ita fieri omnibus inter se concinentibus mundi partibus profecto non possent, nisi ea uno divino et continuato

3 pleniorum, pinguiorum Cobet V. L. p. 462. 4 sint A<sup>2</sup>B<sup>2</sup>[CEPV]BM,  
sunt A<sup>1</sup>B<sup>1</sup>LOT. 5 aliquam mundi Ed. see Comm., aliquam MSS and edd.,  
aliam quam conj. Sch. 9 animam—illam Brieger, animum—illum MSS and  
edd. 10 habeamus E, habemus MSS generally. 11 appetet B<sup>2</sup>V<sup>2</sup> Asc.  
LMNO, appareat ACEPB+. 12 spiritu edd., spiritum MSS. 13 ducimus

GM, dicimus MSS generally (cf. below § 75). 16 plurimi GH, plurimum MSS  
generally. 18 ne cogitari MO<sup>1</sup> Oxf. Asc., nec cog. A<sup>2</sup>B<sup>2</sup>CEB and (in ras.) V,  
negotari B<sup>1</sup>, negotiari A<sup>1</sup>PH, cf. III 23 and Madv. Fin. exc. 3. 22 coget MSS  
generally, cogat A<sup>2</sup>B<sup>1</sup>. 23 uno, verno conj. Bouh. cf. Tusc. v 37. 24 dein  
[ABCPV]BC, deinde E Asc. +.

Cambridge University Press

978-1-108-01098-6 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 2

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

## LIB. II CAP. VI—IX §§ 17—23.

9

spiritu continerentur. Atque haec cum uberioris disputantur et 20  
 fusius, ut mihi est in animo facere, facilius effugiunt Academicorum calumniam; cum autem, ut Zeno solebat, brevius angustiusque concluduntur, tum apertiora sunt ad reprehendendum. Nam ut profluens amnis aut vix aut nullo modo, conclusa autem aqua facile corrumpitur, sic orationis flumine reprehensoris *convicia* diluuntur, angustia autem conclusae orationis non facile se ipsa tutatur. Haec enim, quae dilatantur a nobis, Zeno sic premebat: VIII. ‘Quod ratione 21  
 10 utitur, id melius est quam id, quod ratione non utitur; nihil autem mundo melius; ratione igitur mundus utitur.’ Similiter effici potest sapientem esse mundum, similiter beatum, similiter aeternum; omnia enim hacc meliora sunt quam ea, quae sunt his parentia, nec mundo quicquam 15 melius; ex quo efficietur esse mundum deum. Idemque 22  
 hoc modo: ‘Nullius sensu parentis pars aliqua potest esse sentiens; mundi autem partes sentientes sunt; non igitur caret sensu mundus.’ Pergit idem et urget angustius: ‘Nihil,’ inquit, ‘quod animi quodque rationis 20 est expers, id generare ex se potest animantem compotemque rationis; mundus autem generat animantes compotesque rationis; animans est igitur mundus composque rationis.’ Idemque similitudine, ut saepe solet, rationem conclusit hoc modo: ‘Si ex oliva modulate canentes 25 tibiae nascerentur, num dubitares, quin inessest in oliva tibicinii quaedam scientia? Quid, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? idem scilicet censeret, in platanis inesse musicam. Cur igitur mundus non animans sapiensque judicetur, cum ex se procreet 30 animantes atque sapientes?’

IX. Sed quoniam coepi secus agere, atque initio dixeram 23  
 (negaram enim hanc primam partem egere oratione, quod esset omnibus perspicuum deos esse), tamen id ipsum rationibus physicis confirmari volo. Sic enim res se habet, ut omnia, quae

<sup>7</sup> *convicia* edd. after Dav., *vitia* mss. (Moser's O has *vitia condiluuntur*.)

<sup>14</sup> *his* mss, *iis* Mu.      <sup>15</sup> *efficietur* ABV Oxf. Asc. MO+, *efficitur* [CEP] BH

Or. Ba. Sch.      <sup>26</sup> *tibicinii* CR Asc., *tibicini* mss generally.      *si platani—*

*numerosa sonantes* Priscian III 5. 30.      <sup>27</sup> *idem, item* conj. Ba.      <sup>34</sup> *physicis*

Cambridge University Press

978-1-108-01098-6 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 2

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

10

## DE NATURA DEORUM.

alantur *atque* crescant, contineant in se vim caloris, sine qua neque ali possent nec crescere. Nam omne, quod est calidum et igneum, cietur et agitur motu suo; quod autem alitur et crescit, motu quodam utitur certo et aequabili; qui quam diu remanet in nobis, tam diu sensus et vita remanet; refrigerato 5  
 24 autem et exstincto calore occidimus ipsi et exstinguimur. Quod quidem Cleanthes his etiam argumentis docet, quanta vis insit caloris in omni corpore: negat enim esse ullum cibum tam gravem, quin is nocte et die concoquatur; cuius etiam in reliquiis insit calor iis, quas natura respuerit. Jam vero venae et 10 arteriae micare non desinunt quasi quodam igneo motu, animadversumque saepe est, cum cor animantis alicujus evulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem. Omne igitur, quod vivit, sive animal sive terra editum, id vivit propter inclusum in eo calorem. Ex quo intellegi debet eam caloris 15 naturam vim habere in se vitalem per omnem mundum pertin-  
 25 nentem. Atque id facilius cerneamus toto genere hoc igneo, quod tranat omnia, subtilius explicato. Omnes igitur partes mundi (tangam autem maximas) calore fultae sustinentur. Quod pri-  
 mum in terrena natura perspici potest. Nam et lapidum con- 20 flictu atque tritu elici ignem videmus et recenti fossione terram fumare calentem, atque etiam ex puteis jugibus aquam calidam trahi, et id maxime fieri temporibus hibernis, quod magna vis terrae cavernis contineatur caloris eaque hieme sit densior ob eamque causam calorem insitum in terris contineat 25  
 26 artius. X. Longa est oratio multaeque rationes, quibus doceri possit omnia, quae terra concipiat semina, quaeque ipsa ex se generata stirpibus infixa contineat, ea temperatione caloris et oriri et augescere. Atque aquae etiam admixtum esse calorem primum ipse liquor aquae declarat [effusio], quae neque conglia- 30

edd. after Lamb., *physicis* (or *fysicis*) *id est naturalibus* mss Allen. *confirmari*  
mss generally Allen, *confirmare* Reg. CO Moser's M edd.

1 *alantur*—*crescant* mss generally, *aluntur*—*crescent* G Or. Ba. Sch. *atque* Allen Or. Ba. Sch., *et quae* mss generally Mu., *et EGU Oxf. LO.* 10 *insit* Heind., *inest* mss edd. 21 *tritu* A<sup>2</sup>[BCEP]LO, *ritu* A<sup>1</sup>V<sup>1</sup>, *ictu* V<sup>2</sup> Oxf. Asc. +.  
 22 *fumare calentem* Asc. LO, *fumare recalentem* mss generally. 24 *continea-*  
*tur*—*sit*—*contineat* mss generally, *continetur*—*sit*—*continet* Or. Ba. Sch. after  
Heind. (*continetur* HR, *sit* CV Mars., *continent* H). *caloris* after *vis* Forch.  
so C cal. terr. cont. cav. 25 *in terris*, *interius* Allen after Bouh. and Heind.